Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

non situm bonorum arrestatorum, sed confessio-
nem Consensum, prorogationem ie Comitis ab-
lationem respexisse, stat ergo sententia po-
tissimum, personam non situm, seu qualita-
tem rei inspiciendam, Atq; ex rationib. jam
adductis equitati, rationi communi, pub-
licae utilitati, denique jure civili consentaneis
Constitutionem Arrestorum, ita hactenus cum
collegio inteleximus, et In posterum intelli-
gemus, et interpretabimur, Donec forte à statib.
aliud Constitutum fuerit, ,

Restat in hac positione, ut objectis respondea-
mus, Non obstat primum. Non enim gratia
Ut persona possit simpliciter considerari, sed ex
in puncto partitionis debeat, Nam concedimus
subditum alienum esse, ts diversis diverso respec-
tu, ut ratione domicilij, delicti, Contractus,
situs rei. l. assumptio. 6. §. viris prudentibus
D. administrat: c. Ex part: 15: De foro compet:,
d. c. Dilectus. De rescrip:, Ad hoc nullius effectus
quo ad hunc Casum, quia effectus, ut quis sub-
ditus esse dicatur ratione rei situ esse pot,
ut in reali actione, forte presertim si domici-
lium ibi habeat, coram Judice loci, qui jurisdictio-
nem habet connexitatis, item ubi rem Jurium